



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento  
Selectæ**

**Pexenfelder, Michael**

**[S.l.], 1711**

XLII. Sangar Hebræorum Iudex seu Præt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64523)

NARRATIO XLII.

FORTISSIMUM  
FACINUS SAMGARIS,  
TERTII HEBRÆORUM JUDICIS.

Judic. 3.

Anno Mundi 2709. Ante Ch. 1344.

**R**usticum vomer, quo Samgar Hebræus Agri-  
cola, olim insigne roboris specimen dedit,  
nobis silentio prætereundum non est, tan-  
quam idoneum documentum, nihil esse tam vile  
ac abjectum, quod non ad magna quæque divinæ  
dexteræ concursu, esse possit instrumentum. Non  
est nobis silentiô prætereundum, roboris insigne  
specimen, quod Samgar Hebræus Agricola dedit.  
Ubi vicinas apud gentes, perpetuô Israëlitarum o-  
diô flagrantes, rumor increbuit, vitâ decessisse for-  
tissimum Principem Aodum, multarum palmarum  
Ducem, Philisthæi ( quos septuaginta Interpretes  
*Allophylus* seu alienigenas appellant ) incolæ regionis,  
Phœnicio mari adsitæ ( unde palæstinis origo no-  
minis ) excurrerunt in terram Israëlitarum, more  
latrocinantium, ad prædas abigendas, hominésque  
in servitutem abducendos. Quæ si processissent  
ex voto initia, haud dubium relinquebatur, quin in  
apertum bellum erat eruptura hostilitas. Nemo  
tum securè faciebat iter, passim vias insidentibus  
prædatoribus, & omnia intuta reddentibus. Unde  
Judic. 5. *In diebus Samgar, &c. quieverunt seraiæ, & qui  
ingrediuntur per eas ambulaverunt colles devios, omissis  
quippe*

M

quippe viis publicis, passim infestatis, cogebat periculum sectari semitas invias & occultas.

Agrum fortè colebat *Samgar*, junctis aratro bobus; cum derepentè prædatoria Philisthinorum manus, sese in conspectum dat; exspoliat villas & pagos; inque Samgarem facto impetu, conatur boves eripere, ipsum in servitutem abstrahere. Vim & iram suscitavit injuria, ministravit arma furor; cum enim telum aliud ad manum non esset, arrepto dentali, cum vomere, quo terram proscindebat, profilit in pugnam, strenuèque circumductò partem in omnem ferrò, plagas, vulnera, funera dividit; nec antè cædendo absistit, quàm Philisthorum omninò sexcentos straverit; utique facinorè memorando, Samsoniæque maxillæ præludente. Ita repressa latrunculorum audacia: restituta vicarum libertas: commeantibus securitas; urbibus, & agris quies.

Nimirum animus in corpore præsens, & bona causa ex aratore bellatorem reddiderunt, & victorem, qui cum tam fortiter pro patria, & populi salute staret, dignus est, ut Camillos inter, & Curios, Circinnatos, fabricios, Romanorum heroes ab aratro ad dictaturam vocatos, laureatos fasces & vomerem omni posteritati ostendet.

Fama facti mox latius cum terrore propagata, latrunculorum audaciam aliquamdiu compescuit; donec laxatis iterum impietati frenis (Mors namque tam Aodi, quàm Samgaris, præturam anno non integro tenentis obicem in scelus ruentibus removerat) DEUS, in Hebræos ad vomitum redeuntes, Vindicem immisit, *Iabinum Chananæum*, Regem Aforis,

Aforis, unum ex illius Jabini posteris, qui maximum, contra Josuem, bellum annos ante centum, & quadraginta conflaverat. Hic sive angustos imperii fines prolaturus, sive avitam ignominiam deleturus, continuatis viginti annorum cladibus contumaces Iudæorum cervices attrivit, uti mox narrabimus.

NARRATIO XLIII.

SISARÆ CHANANAËI DUCIS, FATALIS HAUSTUS, ET SOMNUS.

LIS HAUSTUS, ET SOMNUS.

Judic. 4. Anno Mundi 1741. Ante Christum 1312.

**B**aracus, quartus Hebræorum Prætor, luculentam, de Sisara Philistæo victoriam reportavit; cujus susceptæ, & perfectæ laus omnis, penes mulieres fuit. Nam & *Debbora* Prophetis, ad castra profecta, Baracum in hostem immisit; & *Iabal* fugientem Sisaram, haustu lactis consopitum, trabali clavo transfixit. Quippe fæminæ, quocunque se vertant, semper immodicæ, vel extrema vitia, vel virtutes summas persequuntur. Historiæ narrationem hanc accipe.

Vigesimalium jam annum ingemiscebant Hebræi, sub *Iabini*, quod supra, indicavi, *Aforæorum* in Chananitide, regis, supremique copiarum ejus Ducis *Sisaræ*, duris imperijs, & acerba servitute. Libertatis pristi-